

Johann Simonius


JOHANNIS SIMONII || ROSAE-||LAURUS.||

Rostock: Möllemann, Stephan, 1594

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1741702658>

Druck Freier  Zugang





100
2806

~~A. Dd. 6~~

~~Heber V-5344~~

~~with 4 more //~~


69-2065 1-30

<SON>

Prox long he de h ed m

- 4 -





10 7
JOHANNIS SIMONII



ROSTOCHII
Typis Myliandrinis.
Anno 1594.

*Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis*



Rosælaurus.
NATALIS ACADEMIAE
ROSTOCHIANAE.

Salve fausta dies, Cresso signando lapillo!
Pierijs roseam quæ Balthen fascibus au-
Etam
Varniadasq; facis; volitare per ora viro-
rum

Musas, & prima decorasti Pallade Varnum.
Salve fausta dies, Cresso signanda lapillo!
Est locus acclivis, stellis Erymanthidos urse
Suppositus, bifido Varni circumdatus alveo,
Quæ Varnum Balthe crispantibus accipit ulnis.
Purpurei colles, & fragrans svaæ rosetum:
Pomona dices hortos, aut Theßala Tempe.
Annua, non isthinc aberat rosa, gloria terræ:
Nigraq; non aberat Myrtus, non Rosmaris isthinc:
Non frondens folijs buxus, fragilesq; myrica:
Non viola, non Narcissus, non lutea caltha,
Non herba svaæves, non lilia. sola Roseto

A 2

Sola

Sola aberat Laurus, Sminthei munera Vatis.
Fortè per Arctoos agros spaciatus Apollo
Viderat hunc: atq; arbor abest mea, dixit Apollo.
Laure dees, dixit, nec deëris. Laure roseto.
Non obtusa adeò producit pectora tellus.
Vandala: nec, Martis quia cultrix, odit & Artem.
Quis genus Heruleum nescit, quis Vandala nescit
Virtutesq; virosq; & Priscæ nomina gentis?
Quis Burveniada Phæbeos nesciat ignes?
Sequanidum & mitram? quis sanguine nescit eodem,
Magnum de magno prognatum Patre Joannem,
Albertumq; Ducem, Sueonum sceptræ alta gerentem?
Hos tibi cultores quoq; ad extima littora Varni,
Laure, dabo primos. per eos haud ultima Varni
Pars fueris: Lauroq; rose, laurusq; roseto.
Permixta suaves longè fundetis odores.
Dixerat. ac dictis vires & numen Apollo
Addidit. Heroës confestim Albertus ad Arcton,
Atq; Obotritæus Janus, pia vate ciente
Pectora, conveniunt. omnis stat cura roseto
In roseo Ducibus, Laurum est accire lubido.
Est mons, Actæis ubi Phocida separat arvis
Aon; laurigero foetu, geminoq; superbus
Vertice, Parnassus, fama super æthera notus,

[Inde

Inde Palatinam viridanti termite frondem
Decerptam Heroës sub Balthica littora Varri
Deducunt. nil longa. via fastidia tanta,
Nil Hyades tenuère illos, nil æstus & ardor.
Salve fausta dies, Cresso signando lapillo!
Et jam quingentos ter Sol exegerat annos
Virginis à partu, lustris tamen inde quaternis
Sublatis quater, ac, rapidus quot Apollo, diebus,
Digressus libra, bis sex per signa meando
Absolvit cursum, punctumq; subintrat eundem:
Jamq; Idus aderant, tepidi lux fausta Novembris:
Herulei intonsam formoso quando roseto
Important sylvam. Roseo vernabat in horto
(Vera loquor) rosa. ei; medio de vertice quâ se
Protrudit flos, & tenerâ lanugine quini
Distingunt fratres; Phœbea ex arbore germen
Includunt, udq; docent inolescere libro.
Addunt se socios operi, veneranda penes quos
Punicei stabat cura & custodia collis.
Illi conjungunt animos, mentemq; benignam
In Laurum exercent, cultoresq; undiq; fidos
Doctosq; accersunt. Stat Daphne, & munere tanto
Felix, læta venit factura nepotibus umbram.
Læta venit Daphne: nec longum tempus, & ingens

Exijt ad coelum ramis felicibus arbos.
Insolitos jam miratur Rosa Balthica ramos,
Nonq̄, suas baccas, & tantum frondis honorem.
Salve fausta dies, Cresso signanda lapillo!

Sapè illam venti luctantes, Africus, Eurus
Et Notus egerunt, hinc atq̄, hinc impete vasto,
Et turpare comas ausi baccasq̄, sacratas.

At D E U S hanc texit, contraq̄, est misa tot hostes
Incolumnis Daphne, ac aeternum fronde vivente
Seruavit decus, & seruat, seruatq̄, deinceps.
Salve fausta dies Cresso signanda lapillo!

Quis mihi cultores Lauri, quis pectora dicet
Docta, quibus Daphnes cura est commissa fidelis?
Longa mora, & magnus rerum hic mihi nascitur ordo.
Non antiqua tamen sequar, atq̄, ab origine prima
Cultores repetam: quorum ossibus ipse arena
Particulam dabo, dummodò non Polymnèia nostrum
Despiciat calamus. nunc proxima littora nauis
Nostra leget. Quis te Burem nescit, ocellum
Laureti? quis Bruceum? Paulliq̄, Simonem?
Quis Battum? quis te, quo non studiosior alter
Laurigeri foetus, Posseli, nesciat, aut te
Panchlovi? presso, dum vos pia fata sinebant,
Exercere solum Daphnes sub vomere gnaros.

Nunc

Nunc vos urna tegunt & parva munera terra.
Terra tegit corpus, sed toto gloria mundo
Conspicua est, nec eam tegit urna, nec umbra, nec unda.
Salve fausta dies, Cresso signanda lapillo!

Vos ego, vos quibus est Lauretum cura, hodierni
Cultores, qua laude ueham, quo carmine dicam?


Area cuiq₃ sua est, statio est sua cuiq₃ locata,
Quam colit assidua culturâ quisq₃ decenter.


Pars, sitiens validos ubi Sirius aggrauat ignes,
Aomum aspergit lignum, bibulaq₃ recuruas
Radici fibras caelestibus irrigat undis.


Pars, vis agrestium ne polluat ulla rosetum,
In vigilat, vim non ferro, sed iure propulsans.
At Cossi, Bruchiue acris postquam ingruit ictus,
Aut varia subeunt pestes populantq₃ tenellam
Stirpem, triste malum doctâ pars eicit arte.

Sin fucus, tabanusue furens crabroue malignus
Irruat in Daphnen, furibundis, Gorgonis ora
Obtendunt alij, atq₃ rosâ tutantur alumnâ.

Salve fausta dies! Cresso precor usq₃ lapillo,
Christo dante, rosâ lauro signanda recurras.
Sic tibi de pateris qui vini munera fundant
Non deêrunt: tibi nec deêrunt mea dona Corollâ.







9
2065 1-30
= =

Suffragiorum non sine calculo,
Dius & ipsis propitius. age
Mittamus & te prosequamur
Ominibus placidis euntem.
Famne expeditus nauita Cimbricam
Balthen & vda tendit ad Hafnia
Litus? secundis auspicio
Vtere, dum vocat aura, velis.
Pro te paternâ qui sedet in domo
Quicumq; fratrum, tergemina alleuant
Pro te parentes vota. quantâ
Excipiere redux coronâ
Congratulantum? detineat caue,
Te Cimber illex, & licet imperans
Regnis duobus, CHRISTIANV
Nec soror unica CHRISTIA

